



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De cruce, quae apparuit in Sotershusen iuxta solem, c. 38.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

LIBER DECIMVS.

613

Mox ad iudicem ductus, culpam vellet nolle confessus est, sicutque pena rotali damnatus. Multa huiusmodi miracula inuenies in distinctione confessionis. Unde his omissis, videamus quid Deus miraculorum operatus est in aere. Quod verò ipse Dei filius Iesus visus sit in nubibus cœli, non tamen in maiestate, sed in humilitate, exemplis veris tibi potero demonstrare.

CAPVT XXXVII.

DVM Oliuerus Scholasticus, cuius verbis vtor; In aere
crucem prædicaret in Frisia, in diœcesi Monasterensi, villa Bedian, mense Maio, feria sexta ante Pentecosten, sicut alibi me dixisse memini, triplex forma crucis apparuit in aere, vna candida, versum aquilonem; alia versus meridiem eiusdem coloris & schematis; tertia medio colore colorata, habens crucis patibulum, & formam hominis in ea suspensam; eleuatis brachiis & extensis, cum infixione in manibus & pedibus, & capite inclinato. Hæc media fuit inter alias duas, in quibus non erat effigies humani corporis.

CAPVT XXXVIII.

ALia vice, & alio loco, in villa Frisiæ Sotershuse, tempore prædictæ prædicationis crucis, apparuit iuxta solem vna crux cerulei coloris.

CAPVT XXXIX.

Tertia fuit apparitio in diœcesi Traiectensi, in villa Dochey, vbi sanctus Bonifacius corona. Dockus
tus fuit martyrio, vbi in die martyrij eiusdem, cum multa millia accessissent ad indicta stationem, apparuit crux alba & magna, ac si trabs ex transuerso trabis artificialiter composita fuisset. Hoc signum vidimus omnes: (verba sunt prædicti Oliueri) mouebatur autem paulatim ab aquilone ad meridiem. Huic visioni interfuerunt dominus Henricus Abbas noster, & Winandus monachus eius, qui & ipsi viderunt.

Rz

CAPVT

